



JUSTININI FEBRONII Jcti  
 D E  
**STATU ECCLESIAE**  
 E T  
 LEGITIMA POTESTATE  
**ROMANI PONTIFICIS**  
 LIBER SINGULARIS,  
 A D  
**REUNIENDOS DISSIDENTES**  
**IN RELIGIONE CHRISTIANOS**  
 COMPOSITUS.

~~LXXI~~ TOMUS SECUNDUS.

ULTERIORES OPERIS VINDICIAS CONTINENS, SCILICET

- (1) JUDICIUM ACADEMICUM *Universitatis COLONIENSIS* de Libris *Justinii Febronii*, notis, & observationibus criticis examinatum, emendatum, & reformatum (2) RESPONSUM ad epistolam quam quidam sub *Ladislai* nomine in *Febronium* conceptam evulgavit (3) NOTÆ CRITICÆ in ea que P. Franc. Xav. *Zech* Jesuita adversus *Febronium* edidit (4) JO. A CALORE Jcti APOLOGIA pro *Justino Febronio* adversus quatuor Theologos *Godofidum Kaufmans*, *Gregorium Travutwein*, *P. Saugallum Italum*, & *Ladislauum SAPPÉL* (5) THEODORI A PALUDE J. U. L. FLORES SPARSI adversus *Franciscum Antonium Zaccaria* Jesuitam Italum acrem Censorem Operis *Febroniani*. (6) JUSTINI FEBRONII Jcti Epistola ad Doctores *Colonenses*, & ad PP. *Zech*, & *Kleiner* Jesuitas,

EDITIO VARIIS MENDIS EXPURGATA, & SUI QUIBUSQUE LOCIS ADDITIONIBUS LOCUPLETATA.

BULLIONI APUD EVERARDUM  
 ANNO MDCCLXXIX.





## PRÆFATIO EDITORIS.

**S**I ex una parte Febronii de Statu Ecclesiæ Tractatus contradictores habuit, auctoritate reverendos, & eruditione valentes, videmus, eum altera ex parte patronos æque potentes atque illustres nactum esse. Mihi hic sermo erit de & cum illis defensoribus, qui calamo ejus scripta tuiti sunt. Quot ex illo genere in Remp. litterariam prodiere Febronii oppugnatores, tot ea partim in Appendicibus secundæ editionis Bulloniensis anni 1765. vidit, & partim hic cernet Vindices Operis, quod celebre fecerunt calentes Eruditorum disceptationes, & contrarii motus Aularum, quarum nonnullæ illius tutelam etiam aperte susce-



# Series Contentorum

in hoc Volumine.

## MONITUM EDITORIS

*Compositorum Typographorum incuria evenit, ut numeri paginarum eodem ordine non succedant. Desunt enim numeri a pag. 304. usque ad pag. 323., & econtra post paginam 338. loco 339., replicatur numerus 321., & sic deinceps usque ad 339., Benigne hoc ferat moderatus Lector, & potius consulat signaturas per Alphabeti Literas ad calcem foliorum, quas justas inveniet. Interim necesse fuit in hoc indice paginas erroneas designare, prout extant.*

I.

Universitatis Colonienſis de Libris Juſtini Febronii Judicium Academicum, notis & observationibus criticis examinatum. emendatum & reformatum. pag. 1.

II.


Reſponſum ad Epiſtolam, quam quidam ſub LADISLAI nomine in Febronium conceptam evulgavit. 56.

III.

Notæ criticæ breves in ea, quæ Ingolſtadienſis Profeſſor P. FRANC. XAV. ZECH. S. J. adverſus pacificum Febronii Systema nuper edidit. 82.

IV.

Joannis à Calore Jcti Apologia pro Juſtino Febronio adverſus quatuor Theologos, GODEFRIDUM KAUFMANS, GREGORIUM TRAUTWEIN, N. SANGALLO & LADISLAUM SAPPEL s



Universitatis Coloniensis de Proscriptis à S. S. D. N.  
Clemente divina providentia Papa XIII. Actis Pseudo-  
Synodi ultrajeclinae Anno 1765. die 30. Aprilis, &  
Libris Justinii Febronii Juris Consulti Anno 1764 die  
27. Februarii, Judicium Academicum, notis & ob-  
servationibus criticis examinatum, emendatum, & re-  
formatum.

Nos Rector, Decani, & Professores  
studii Generalis Coloniensis.

I.

**H**ierarchicam Summi Pontificis Authoritatem in Ecclesia mi-  
litante visibili supremam filiali profiteamur obsequio; quæ  
illius infallibile Magisterium definit, ejus irretracta-  
bilis Censura correxit, proscriptit, aut probatis Fidei ac Mo-  
rum dogmatibus accensenda esse decrevit, nequaquam ulterio-  
ri disceptationi subjicienda esse contestamur (a) eò libentius,  
quò

a) Mirum sanè, quòd Coloniensis Universitas Romani Pontificis in-  
fallibilitatem, eiusque à Concilio generali independentiam, in *dogma*  
*Academicum* erigere non verèatur. Sic neque agnitam contrariam  
veritatem ejus Professoribus deinceps licebit adoptare aut tradere.  
Nesciunt sanè, aut non prævident Domini de *stricto Collegio*, quan-  
tum hæc Universitatis gloriæ atque authoritati apud prudentiores  
detrabant; imprimis quidem apud eos *Catholicos*, qui Historiæ Ec-  
clesiasticæ, Sacrorum Canonum, & Conciliorum studio non præoc-  
cupatis animis incumbunt; deinde & apud *Protestantes*, de quibus